

Homil. 41.

CHRYSOST. Sicut iacula cum in durum aliquid incidunt...

OST hac abiit Iesus trans mare Galilee...

sed quantum ad presentem locum, mare Galilee propter...

Hom. 41.

bat, eos pariter reformabat in anima. CHRYSOST. Tanta...

Hom. 41.

in anno integro, nihil plus euangelista nos docuit de signis...

Hom. 41.

oculos non erigebat huc, atque illuc, sed pudice sedebat...

Hom. 41.

Talis autem erat Philippus, qui postea dixit. Oculi enim...

Non quidem ignorans id quod debebat ab ipso dici, sed humano...

Philippum, unde ememus panes ut manducent hi? Hoc autem...

Cap. 46.

cor eius ignorans. AVGVST. de Con. euan. Sed si dominus...

Hom. 41.

Philippum igitur dominus tentans, utrum fidem haberet...

Cap. 46.

apud Ioannem respondet, hoc Marcus a discipulis responsum esse...

Hom. 41.

Ioannem de quinque panibus & duobus piscibus suggestit...

Cap. 46.

oculos non erigebat huc, atque illuc, sed pudice sedebat...

Hom. 41.

rabile est apud Deum. Sequitur. Acceptit ergo Iesus panem...

Hom. 41.

num multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi...

Tracl. 24.

igitur panes offeruntur turbe & franguntur, subreptum in frangendo...

Hom. 41.

vide autem n. quanta est serui & domini differentia, nam propheta...

Hom. 41.

esse cognouerant, ideoque euangelista subdit. Illi ergo homines...

Tracl. 24.

prophetam perire extra Hierusalem. AVGVST. Sic autem propheta...

Hom. 41.

oculos non erigebat huc, atque illuc, sed pudice sedebat...

Tracl. 24.

oculos non erigebat huc, atque illuc, sed pudice sedebat...

liter iacet, nec transeunt pretereundum est. ALCVI. Mystice...

panibus ordeaceis & duobus piscibus, quae superauerunt his qui...

domini desiderat refici, debet spirituale Pascha facere, id est, de...

id est, carnalibus. AVGVST. lib. 83. quae. Duo autem pisces qui...

id est, carnalibus. AVGVST. lib. 83. quae. Duo autem pisces qui...

id est, carnalibus. AVGVST. lib. 83. quae. Duo autem pisces qui...

id est, carnalibus. AVGVST. lib. 83. quae. Duo autem pisces qui...

id est, carnalibus. AVGVST. lib. 83. quae. Duo autem pisces qui...

venientes descendere de monte, & circa inferiora loca turbas pa- uerat. Nam quomodo fieri potest ut rufus ille fugeret, nisi ante de monte descendere? AVGVST. de Concor. euan. Non autem repugnat quod Mattheus dixit: Ascendit in montem solus orare. Neque enim causa orandi contraria est causa fugiendi, quana- doquidem & hinc do- minus docet hanc esse nobis magna cau- sam orandi, quado est causa fugiendi. AVGVST. Erat autem rex, qui timebat fieri rex, nec talis rex qui ab hominibus heret, sed talis qui homini- bus regnu daret, sem- per quidem ille cum patre regnat secundu quod est filius Dei. Praedixerunt autem propheta regni eius, & secundum id quod homo factus Christus, & fecit fideles suos christianos, qui sunt reg- num eius, quod modo colligitur, modo emittit sanguine Christi. Erat autem aliquando manifestum regnum eius, quado erit aper- ta claritas sanctorum eius post iudicium ad eo factum. Discipuli autem & turbæ credentes in eum, putauerunt illum sic venisse ve iam regnaret: Hoc est velle rapere & facere eum regē. CHRYS. Vide autem quanta est gula virtus, non ultra eis sabbati trans- gressionis cura, non ultra zelant pro Deo, sed omnia remota sunt, ventre repleto, & propheta iam erat apud eos, & regem eum in- thronizare volebant: Christus autem fugit erudiens nos munda- nas contemnere dignitates. Sic igitur Iesus dimittit discipulos & ascendit in montem. Hi vero a Magistro relicti, vt sero factum est, descendunt ad mare. Et hoc est quod subditur. {Vt autem sero factum est, descendunt discipuli eius ad mare.} Et quidem vsque ad vesperam expectauerunt eum, venturum esse putantes ad se, facta vero vespera non ultra sustinent eum non inquirere, tantus eius derinebat amor, sed ab amore igniti ascenderunt in nauem, vnde sequitur. {Et cum ascendissent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum.} Veniebant quidem ad Capharnaum asti- mantes se illic eum inuenturos. AVGVST. Sic ergo dixit fi- nem, & redit vt exponat quomodo uenerunt, quia per stagnum nauigantes transferunt, & dum nauigarent recapitulando expo- nit quid accidit dicens: {Et tenebre iam factæ erant, & non uenerat ad eos Iesus. CHRYSOST. Non sine causa euange- lista tempus designat, sed vt per hoc calidum eorum amore ostendat. Non enim dixerunt. Vespera nunc est, & nox aduenit, sed ab amore igniti ascenderunt in nauim, multa autem erant ex qui- bus impediabantur a tempore, vnde dicitur. {Et tenebre iam factæ erant a tempore.} vnde sequitur. {Mare autem vento ma- gno flante, exurgebat a longe.} Non enim erat prope terram, vnde dicitur. {Cum remigassent ergo quasi stadia xxx. aut xxxi. BEDA. Eo genere locutionis, quo cum dubitandi loquimur, solemus dicere ferme xxv. aut prope xxx. CHRYSOST. Et vltimo ab inopinabili. vnde sequitur. {Vident Iesum ambulante supra mare, & proximum heri.} Apparet quidem eis post illud dimiserat, illo quidem docens eos quid est derelictio, & amo- rem excitans maiorem, hic vero suam virtutem ostendens, pro- pter hoc igitur illi turbabantur, vnde sequitur. {Et timerunt.} quibus turbatis dominus confortationem adhibet, vnde sequitur. {Ille autem dicit eis. Ego sum, nolite timere.} BEDA. Non autem dixit: Ego sum Iesus, sed tantum: Ego sum, quia familia- res eius erant, ideoque audita voce, facile potuerunt cognoscere magistrum, siue qd verius est, vt ostenderet se illum esse qui Moysi dixit: Ego sum qui sum. CHRYSOST. Ideo autem eis apparuit, vt ostendat quoniam ipse est qui tempestatem soluet. Hoc enim ostendit euangelista subdicens. {Voluerunt ergo accipere eum in nauim, & statim fuit nauis ad terram, ad quam ibant.} Tran- quilla enim præbit eis nauigationem. Non autem nauim ascen- dit, volens maius miraculum operari, & deitatem eius reuelare apertius. THEO. Vide namque tria miracula: primum est, quod ambulabat supra mare: secundum est, quod fluctus mitiga- terium est, quod statim fecit nauim ad terram ire, ad quam ibat, nam multum distabat a terra, cuius dominus apparuit. CHRYSOSTOMVS. Turbæ autem non ostendit se Iesus supra mare ambulante, quia hoc signum imbecillitatem eorum excede- bat, sed neque discipulis diu visus est hoc faciens, sed statim dispa- ruit ab eis. AVGVST. de Con. euan. Non est autem aduer- sum, qd Mattheus prius eum dixit iussisse discipulos ascendere in nauiculam & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret tur- bas, ac deinde dimissis turbis, ascendisse in montem solus orare:

Cap. 47.

Traç. 25.

Homil. 47.

Hom. 42.

Traç. 25.

Hom. 42.

In 5. ca. Io.

Hom. 42.

Durus fer.

Hom. 43.

Homil. 42.

Cap. 27.

Ioannes vero prius eum fugisse commemorat solum in montem, ac deinde inquit. {Vt autem sero factum est, descendunt disci- puli eius ad mare, & cum ascendissent nauim.} Quis enim non hoc videat recapitulando Ioannem posse dixisse factum a discipulis, quod iam Iesus iusserat antequam fugisset in montem? CHRYS. Vel aliter: Mihi vide- tur hoc signum aliud ab eo quod apud Ma- theum positum est, tunc enim non statim eum susceperunt, nunc au- tem persuasi sunt sta- tim suscipere, & tunc quidem adhuc tempe- stas permanebat con- currens nauim, nunc autem cum voce tran- quillitas aduenit, mul- totes enim eadem fa- cit signa, ut facile suscipibilis fiat. AVGVST. Mystice au- tem pauit dominus turbas & ascendit in montem, sic enim de il- lo prædictum est: Congregatio populorum circumdabit te, & propter hanc in altum regredere, id est, vt circundet te congrega- tio populorum, regredere in altum. Quare autem dictum est. Fugit, neque enim h nollet teneretur. Aliquid ergo significauit fugiendi, quia scilicet non potuit intelligi aliter dicitur eius, quicquid enim non intellexeris, fugit me dicit, ergo fugit in montem ipse solus, quia ascendit super omnes celos. Illo autem sursum posito, discipuli in nauicula tempestatem patiebantur, nauicula illa ecclesiam præsignabat. Tenebre iam factæ erant, & merito, quia lux non erat, non enim venerat ad illos Iesus. Quantum accedit finis mundi, crescit error, crescit iniquitas. Lux denique cha- ritas est, secundum illud: Qui odit fratrem suum, in tenebris est. Ipsi fluctus nauem turbantes, & tempestates & venti, clamores sunt maledicorum, inde charitas refrigescit, inde fluctus augentur, & turbatur nauis, nec tamen venti illi tempestas & fluctus & tenebre id agebant, vt vel nauis non promoueretur, vel soluta mergeretur. Qui enim perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Quinarius autem numerus ad legem pertinet, ipsi sunt quinque libri Moysi, ergo legem signat numerus vigesimus quin- tus, quoniam quinquies quini, sunt viginti quinque: Sed huius le- gi antequam euangelium ueniret de erat perfectio, que in se- no numero comprehenditur. Ipsa ergo quinque per sex multiplicen- tur, vt lex per euangelium impleatur, vnde sextus quini xxx. Ad eos ergo qui legem implent, venit Iesus calcans fluctus, id est, omnes tumores mundi sub pedibus habens, omnes altitudines sa- culi præmens, & tamen tanta sunt tribulationes, vt etiam ipsi qui credunt in Iesum, ex parte sciant ne desinant. THEO. Cum au- tem homines, vel demones nos per timorem nauem mouere, audiamus Christum dicentem: {Ego sum: nolite timere} id est, ego semper assisto, & sicut Deus permaneo, & nunquam pertran- seo, non perdis in me fidem pro falsis terroribus. Vide etiam, quomodo non in principio periculi dominus altitit, sed in fine. Permittit namque nos esse in medio periculorum, vt certantes in tribulationibus probabiliores fiamus, & vt ad ipsum solum re- curramus, qui potens est ex insperatis nos liberare. Cum enim intellectus humanus sibi providere non poterit, tunc salus diui- na aduenit. Si voluerimus etiam Christum in nauiculam nostrâ suscipere, id est, in cordibus nostris habitare, statim inueniemur in terra ad quam ire volumus, id est, in celum. BEDA. Quia vero hæc nauicula non torpentes vehit, sed fortiter remigan- tes, significatur quod in ecclesia non desidiosi & molles, sed fortes & in bonis operibus perseuerantes perueniant ad portum salutis æternæ.

CHRYSOST. Dominus, & si turbis non manifeste osten- derit quomodo supra mare ambulauerit, dedit tamē eis latentem suspicari quod factum erat, & hoc euangelista ostendit dicens. {Al- tera die &c. vsque ibi abiissent.} Quis enim hoc erat alid qd sus- picari qd mare pedes transiens, recesserat? Neque, nec dicitur qd in alia nauicula pertransiuit, quia vna erat ibi tantum in quam ac- cederunt discipuli eius, cum quibus ipse non intrauerat. AVGVST. Insinuat autem est illis tam magnum miraculum, venerunt ergo & alie naues iuxta locum illum vbi manducauerant panem, in quibus turbæ eum secutæ sunt, & hoc est quod subditur. {Alie ve. na. superue. quærentes eum. CHRYSOST. Sed tamen potius miraculum tam magnum uenientes, non interrogauerunt eis qua- liter pertransiit, neq; curauerunt tantum miraculum adducere. Sequitur enim: {Et cum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc uenisti?} Nisi quis dicat hic quado pro qualiter dictum esse ab eis, dignum autem est & hinc conspiciere facilem eorum

Homil. 41.

Traç. 25. & sequen.

Hom. 43.

Traç. 25.

Homil. 42.

Traç. 25.

Homil. 42.

Obscu. fer.

eorum mentem. Qui enim dicebant: Hic est propheta, qui su- A debant rapere & facere eum regem inuenientes eum, nihil tale co- siliantur. AVGVST. Ecce enim ille qui in montem fugerat, turbatus cum ipsis turbis loquitur, modo teneant modo regem fa- ciant. Sed ille qui post miraculi sacramentum, & sermonē inferit, & quoru faciat pan- nibus ventrem, faciat sermonibus mentem. ALCVI. Qui enim dedit exemplum fugiende laudis & ter- reni imperij, dat exem- plum doctorib' qua- liter debeant insillere pdicationi. CHRYS. Misserunt autem & lanitas non vbiq; est vitios, cum enim deses fuerit discipul' & gros- sus, simul ut ad eū oportet, hoc & hic fi- lius Dei facit. Venien- Cum ergo vidisset turba, quia Iesus non esset ibi, neque disci- puli eius, ascenderunt in nauicu- las, & uenerunt Capharnaum quærentes Iesum. Et cum inue- nissent eum trans mare, dixerūt ei. Rabbi, quando huc uenisti? Respondit eis Iesus, & dixit: Amen amen dico vobis quæritis me, non quia uidistis signa, sed quia manducauistis ex panibus, & saturati estis. Operamini

maues quæ superueniunt, sunt cōuenticula hereticorum, qui que- sua sunt quarunt, non quæ Iesu Christi. vnde conuenienter eis dicitur. {Quæritis me, quia manducauistis ex panibus.} AVGVST. Quam multi etiam non quarunt Iesum, nisi vt illis beneficiat secundum tempus, alius negocium habet, quærit intercessionem clericorum, alius pre- mitur a potentioribus, alius gigit ad ecclesiam, vix quaritur Iesus propter Iesum. GREGO. Cap. 77. 23. Mora. Per eorum etiam personam, do- minus illos intra san- ctam ecclesiam detestatur, qui per sacros ordines ad dominum propinquantes, non in eisdem ordinibus virtutum merita, sed subsidia præsentis vi- tæ exquirunt. Sati- tos quippe de panib' dominum sequi, est de sancta ecclesia, temporalia alimenta sum- pisse & non pro signis dominum, sed pro panibus quærere est ad religionis officium, non pro augendis virtutibus, sed pro requi- rendis subsidiis inhære. BEDA. Illi etiam qui in oratione quarunt non æterna, sed temporalia, quarunt Iesum non propter Iesum, sed propter aliquid aliud. Significatur autē mystice, quoniam hæreticorum conuenticula caret hospitio Christi, ac di- scipulorum eius, & dicunt alie superuenisse naues, quia hæereses repentina fuerunt. Per turbam autem quæ cognouit quod Ie- sus non erat ibi neque discipuli eius, illi delignantur, qui cogno- scentes errores hereticorum, relinquunt eos & ad veram fi- dem veniunt.

ALCVINVS. Intellexerant eam istam quæ perma- net in uitam æternam esse opus Dei, & ideo interrogant quid fa- cerent, vt istum cibum, id est, opus Dei operari possint, & hoc est quod dicitur. {Dixerunt ergo ad eum. Quid faciemus vt ope- remur opera Dei?} BEDA. Id est, que præcepta seruando, pote- rimus implere opera Dei? CHRYSOST. Hoc autem dice- bant, non vt discant & faciant, sed ad cibi exhibitionem eum in- ducere volentes. THEO. Christus vero quantumvis cognosceret quod eis nihil proderat, tamen propter communem utilitatem respondit, & ostēdit eis, immo omnibus hominibus quod sit opus Dei, vnde sequitur. {Respondit Iesus & dixit eis, Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quem misit ille.} AVGVST. Non autem dicit: Vt credatis ei, sed vt credatis in eum. Non enim con- tinuo qui credit ei, credit in eum, nam & demones credebant ei, & non credebant in eum, & nos credimus Paulo, sed non in Pau- lum. Credere ergo in eum, est credendo amare, credendo dilige- re, credendo in eum ire, & eius membris incorporari. Ipsa effi- des quam de nobis exigit Deus, qui per dilectionem operatur. Discernitur tamen ab operibus fides, sicut dicit Apostolus, iusti- ficari hominem per fidem sine operibus legis. Et sunt opera quæ videntur bona sine fide Christi, & non sunt bona, quia non refe- runtur ad eum finem ex quo sunt bona, suis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti: & ideo noluit discernere ab opere fidem, sed ipsam fidem dixit esse opus Dei, ipsa est enim fides quæ per dilectionem operatur. Nec dicit: Hoc est opus vestrum, sed Hoc est opus Dei, vt credatis in eum, vt qui gloriatur in do- mino gloriatur. Credere ergo in eum, est manducare cibum qui permanet in vitam æternam: vt quid paras dentem, & ventrem crede, & manducaisti. Quia ergo inuitabat eos ad fidem, illi ad- huc querebant signa quibus crederent. Iudæi enim signa quæ- runt, & hoc est quod sequitur. {Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis signum, vt videamus & credamus tibi?} Quid operaris? CHRYSOSTOMVS. Nihil irrationabilius quam signo præ manibus existente, quasi nullo iam signo facto hoc dicant, neque electionem signi sciend' domino permittunt, sed in necessi- tatem eum æstimant ducere, vt nullum aliud faciat signu quam tale quale factum est in eorum parentibus, vnde subditur. {Patres nostri manducauerunt manna in deserto.} ALCVINVS. Et ne videatur manna aliquo modo contemnedum, autoritate Psalmi illud extollunt dicentes, sicut scriptum est. {Panem de celo dedit eis manducare.} CHRYSOSTOMVS. Multi- tis quidem factis signis, & in Aegypto, & in mari rubro, & in de- sero, huius maxime meminerunt, quod valde concupiscēbant propter ventris tyrannidem. Neque autem dicunt quod Deus hoc fecit, ne uideantur Iesum exquare Deo, neque Moysen in- ducunt, vt non uideantur Christum deprimere, sed medium poi- nunt dicentes. Patres nostri manducauerunt manna. Vel aliter. AVGVSTI. Dominus Iesum ralem se dicebat, vt se Moysi

Traç. 25.

Cap. 77.

Hom. 44.

Traç. 29.

Hom. 44.

Homil. 42.

Traç. 25.